A. N. 20 Madij 1616

13

MOTIVA
REGIAE AVDIENTIAE

DIE vigesimo mensis Madij anno millesimo sexcentesimo decimo sexto Cæsaraugustæ in Regio Consilio interuenerunt Excelentissimus Dominus Locumtenens generalis Aragonum, & Magnifici Domini Iosephus de Sesse Regens Cancellariam, Dominicus Abengochea, Augustinus Pilares, Franciscus Michael de Pueio Regij Consiliarij ordinarij, & Hieronymus Marta, Regius Consiliarius in præsenti processu extraordinarius in locum Magnificij Domini Ioannes de Canales Regij Consiliarij pro suspecto dato coram quibus fuit possitus processus Cisternus justitiæ juratorũ concilij, & vniuersitatis locij de Castejon de Valdejasa super apprehensione in articulo proprietatis, in quo dictus Dominus Hieronymus Marta Regij consiliarij, & huiusmodi processu Relator, & cæteris Domini de Regio Consilio de super nominati, ac etiam dictus Dominus Regens concordes fuerunt voti, & oppiniones quod. ¶ Attent. contentis, &c. Tenetur, & debet pronunciari, & mandari, declarari, & amoueri a præsenti processu testes receptos super contraditorio oblato pro parte Didaci Lanaja princ. Hie. Abeña, & F. Longo proc. & cum his absoluere Franciscum Lanaja & Mendoça conuentũ princ. Di. Pilares, & M. Blasco proc. a contentis in petitione cõtra eum in præsenti processu oblata silentium perpetuũ eidem imponendo neutram partium in expensis condemnando, cæteras supplicata per procuratores partium respectiuè locum non habere: & ex eo & aliàs quatuor ex dictis Dominis de Regio Consilio de super nominati fuerunt eiusdem, & vnius voti, & opinionis ex motibi sequentibus. Quia constat dictum Franciscũ de Lanaja bona hæc legitimo iure possedisse, & possidere, neque obstat vinculum prætensum in pactis doctalibus Ioãnis de Lanaja, & Anniæ Lopez de Gurrea coniogum, vbi expræsse suo casu reperitur, vocatus Petrus de Lanaja Ciuis Hoscensis filius Martini de Lanaja legitimus ascendens Didaci de Lanaja actoris, quia de fuerunt conditionis sub quibus tota vinculi sui constritura pendebat Ioannes enim de Lanaja vinculans locum hunc de Pradilla cum sua jurisdictione, & terminis (licet obnoxium vinculis apositis in pactis dotalibus Dominici de Lanaja minoris eius patris in præsenti processu exhibitis possedit) & simul cum alijs bonis liberis adduxit matrimonij contemplatione in supradictis pactis dotalibus in postquam a se addicauit facultatem vendendi, alienandi, & disponondi, reseruabit tamen sibi illam in fauorem filiorum, & descendentium, tam masculorum quam fæminarum illius matrimonij, & illis non natis, vel non stantibus in fauorem filiorum & descendentium, tam masculorũ quam fœminarum alterus matrimonij, vt sibi bene vissum fuerit, & postea adiecit illa verba. Et si el dicho Ioan de Lanaja no aurà dispuesto y ordenado del dicho lugar de Pradilla en los dichos sus hijos & descẽdiẽtes, segũ dicho es, en tal caso aya & herede el dicho lugar el fijo mayor del presente matrimonio masclo, y sus descendientes masclos legitimos, cõ los mismos vinclos, é condiciones, &c. Ex quibus clare deprǽhenditur vocationem filij maioris, & descendentium prædicti matrimonij, & vocationem aliorum filiorum, & filiarum, alterius matrimonij pendere ex adimplemento conditionis non disponendi

di (quæ defecit cum Ioannes de Lanaja de loco de Pradilla, & alijs bonis disposuit in Ioannem Franciscum de Lanaja eius filium, & prædictæ Annæ Lopez de Gurrea cum vinculis, & substitutionibus, vt constat ex pactis dotalibus dicti Ioanni Francisci de Lanaja, & Domnæ Eluire de Mendoça, de quibus est facta fides, & ex consequenti omnes substitutiones a dicta conditione dependentes, & anuerunt defecta conditione cum mens, & intentio contrahentium quæ clare en verbis concipi potest ea fuit, vt Ioannes vinculans se adstringeret ad disponendum de prædictis bonis in fauorem filiorum, & descendentium tam masculorum quam fæminarum illius matrimonij, ita vt disponendo possit eis libere, vel cum vinculis ea dānare si autem modis possuisset seruaretur voluntas iam scriptam dictis pactis dotalibus, scilicet vt succederet filius maior dicti matrimonij, & post modum omnes, vt ibidem continetur, vnde cum ipse Ioannes clare, & patenter disposuerit in Ioannem Franciscum filium maiorem dicti matrimonij totam vinculorum machinam pendentem a conditione non disponendi corruere satis compertum videtur neque obstat si dicatur verba illa; Et si el dito Ioan de Lanaja no aura dispuesto y ordenado, &c. *esse intelligenda scilicet quatenus non disposuerit in omnibus personis nominatis, & suo casu vocatis in dicta scriptura, quia præter quā quod hic sensus debeant a verbis ex intentione clara disponentium est manifeste contra libertatem vbi reseruatam liberi disponendi, & nullus efectus est talis facultas recursus, & plura absurda sequerentur contra intentionem, & mentem claram contrahentium quod non est dicendum, & ita conditionaliter intelligenda sunt verba illa, & vt sonant in quo casu factum tantum consideratur neque obstat clausulam vocationis Beatrix de Lanaja non dependere a conditione disponendi, vel non disponendi, tum propter particulam, & quæ casum oppositum deuotatum etiam quia diuersa est conditio illius vocationis cum prima præsuponet filios vel descendentes, hæc vero si decesserit Ioannes absque filijs & descendentibus, & sic quasi sub contrarijs conditionibus concepto nullatenus dependere videtur, hæc a dicta cō ditione disponendi, vel non disponendi, sed omni casu deficientibus filijs & descendentibus legitimis Ioannis vinculantis quæcumque tempore videbatur locus substitutioni dictæ Beatricis de Lanaja, & ex consequenti Petri legitimi ascendentis Didaci de Lanaja actoris; quia respondetur quod quambis non incongrue dici posset substitutionem Beatricis, & alios, & totam vinculorum coniecturam pendere ac conditione disponendi, vel non disponendi, ex rationibus supradictis, & ponderando mentem contrahentium ex ne melioris conditionis reperiantur coliterales quam descendentes quod in consonum est præsertim cum he duæ conditione possent verificari, vtpote facta dispositione a Ioanne de Lanajam filios, vel descendentes quia postea absque filijs, & descendentibus obijsset tamen ex alio capite deficit vocatio Beatricis in cuius locum subrrogatur gradus Petri de Lanaja ob præmorentiam illius sine filijs, & descendentibus: & filiorum etiam Ioannis de Lanaja Ciuis Cæsaraugst. quia cum illa fuerit vocata sub expræssa cōditione, si Ioānes vinculās sine filijs & descendentibus decesserit, merita super existentia tempore eius mortis Ioannis Franciscij de Lanaja eius filij fecit deficere conditionem oppositam vocationi Beatricis, & similiter Petri de Lanaja ascendentis Didaci actoris in eius locum subrrogatum, neque obstant verba illa,* Et si contescera, lo que Dios no mā de, el dicho Ioan de Lanaja morir sinse fijos suyos algunos assi masclos como fembras, & descendientes dellos, &c. *ponderādo verbum* descendientes, *quod est compræhensibum plurium personarum, & graduum, & adstantibus varijs coniectu-*

iecturis qui satis aparent in dictis pactis dotalibus inducere videtur duplicem cõditionem, ac si dixisset, quod si decesserit Ioannis de Lanaja absque filijs, & ille postea absque filijs & descendentibus obijsset, & quandoque descendentes legitimi Ioanis deficerint bona hæc ad Beatricem, & eius filios, & descendentes, & ex consequenti ad Petrum de Lanaja, & eius filios & descendentes decernerint quia respondetur, quod licet verbum descendẽtes sit collectiuũ plurium personarum, & graduum tamen in præsentiarum non inducit duplicem conditionem, & casu quo esset duplex conditio solus vnus reperitur grabatus sub duplici conditione, scilicet Ioannes quo casu eorum filijs descendente spirarunt omnes sequentes ab ea dependentes, tum etiam quia si hæc clausula nõ dependet a prima, sed de perse tamquam separata stat certum erit dicere descendentes mea, tantum positas fuisse in conditione, & non vocatos, etiam si adsint coniecturæ quantum vis vrgentissime, & necessarium est descendentes posse succedere, & esse vocatos, vt grauatos esse dicamus, tum præterea quia coniecturæ non admituntur, vbi repugnat litera quemadmodum in casu præsenti minus obstat, & videtur quod vocatio Petrij de Lanaja ascendentis actoris sub ampliore forma videatur concepta, vtpote sub illis verbis (Et si contecera non auer fijos algunos masclos del quondã Ioan de Lanaja) quod verbum, no auer, quodcumque tempus respicit, quia respondetur, quod propter quam quod clausula illa, & conditio de filijs Ioannis de Lanaja, quondam Ciuis, Cæsaraugustæ, & nõ de filijs vinculãtis intelligẽda veniũt, vt clare dignoscitur nihilominus vocatio dicti Petrij non sub illa conditione, sed sub conditione vocationis Beatricis admitenda veniret, quia licet caducato medio gradu, caduceretur similes conditiones illius verum hoc intelligendum est de conditionibus gradus caducati oppositis, scilicet restitutione, vel alius post quã hæreditas, iam intrasset in gradu caducato si fas est dicere non autem de conditionibus sub quibus grabatus fuit antecedens restituere gradu caducato, ille enim non caducantur, sed remanent, vt verificentur, & adimpleantur ante quam gradus subrrogatus in locũ caducati succedat, vnde quemadmodum Beatrix ob defectum conditioni succedere non posset ita similiter, & Petrus quia ob præmorentiam subrrogatur in eius locum succedere minime poterit, & ex consequenti nec Didacus de Lanaja actor, ex quibus, & alijs mentis venit absoluendum Franciscum de Lanaja & Mendoça conuentum. † Alter vero ex dictis Dominis de Regio Consilio de supernominatus fuit eiusdem voti cuius fuerunt dicti Domini Consiliarij super sententia lata de super, & cum eis in ea se conformauit ex motiuis sequentibus, quia licet ex tenore Capitulorum matrimonialium Ioannis de Lanaja cum Annæ Lopez de Gurrea in præsenti Processu exhibitorum, & ex illorum coniextura, & clausulis in eis appositis, & collatione illarum, & qualitate bonorum de quibus agitur satis videatur substineri posse in dictum fuisse vinculum, & fideicommissum perpetuum in fauorem annatorum dicti Ioannis de Lanaja, quorum vnget dictus Didacus Lanaja actor in præsenti causa de cuius vocatione, & successione legitime non est dubitandum illius tamen vocationi non dum apertam esse viam, & locum fuisse factum videtur dicendum attenta superuiuentia, & existentia in humanis Annæ de Lanaja Monialis Sancti Sepulchri præsentis Ciuitatis Neptis legitime, & de legitimo matrimonio procreatæ dicti Ioannis vinculantis, quæ etiam sub ea qualitate non erat incapax ad succedendum in dictis bonis, & multo magis eius superuiuentia sufriere videtur ad excludendum quoscumque substitutos, & vocatos tempore

pore delate successionis in dictis bonis per mortem Francisci Antonij de Lanaja filij legitimi, & naturalijs dicti vinculantis vltimi possessoris, ex donatione illi facta per dictum vinculantem in Capitulis matrimonialibus : imo etiam superuiuentia Franciscij de Lanaja conuenti, & possessoris dictorum bonorum, licet de eius ligitimitate non constare (quæ satis probabiliter substinere possit) cum sola qualitate filij naturalis dicti Franciscij Antonij de Lanaja, de qua non dubitatur sufficere videtur ad exclusionem de præsenti quorumcumque vocatorum per dictum Ioanem de Lanaja vinculantem vigore dictorum Capitolorum matrimonialium, & vinculorum in eis contentorum, de quorum validitate, & vigore in præsentiarum nihil decidere necesse videtur, & sic, & aliàs dictum Franciscum de Lanaja conuent. absoluendum videtur. .†. Signum mei Ioannis Ludobici de Abiego Scriua mandati sue Maiestatis, & generalis Gubernationis Aragonum qui huiusmodi vota, & motiba a sua originali libro motiborum Regiæ Audiantiæ Consilij ciuilis vbi continuata, existunt extraxi, & signaui.